

Beihef

2

S 182

1277 April 28 Heidelberg.

[34]  
182

Pfalzgraf Ludwig vom Rhein nimmt den Wildgraf Emicho zu seinem Burgmann in Alzei an.

Nos Lodwicus, Dei gracia comes Palatinus Reni, dux Bawarie, presentibus profitemur et notum facimus universis hanc literam inspecturis, quod dilectum consanguineum et fidelem nostrum virum nobilem Emichonem Wildegravium apud Alzeiam tamquam eum, de quo confidentiam gerimus singularem, in nostrum recepimus castellanum, ita quod pro burchuta, quam sibi dare tenemur, tam nos quam idem Wildegravius dilectorum familiarium et fidelium nostrorum Alberti prepositi Ilmunstrensis prothonotarii nostri, H. de Persingen et Goczonis Lett procuratoris nostri in Alzeia tenebimus arbitrio subiacere. In cuius rei testimonium sibi dari iussimus litteras has patentes. Datum Heidelberch anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXVII<sup>o</sup>, IIII<sup>to</sup> Kalendas Maij.

Orig. Siegel ab; Kyrburg Nr. 35½. — Regest Goerz a. a. D. IV, 407;  
Koch u. Wille a. a. D. Nr. 997.